



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Pro Tvendo Sacro Coelibatv Axioma Catholicvm**

**Ceneau, Robert**

**Parisiis, 1545**

Aliud pronunciatum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30468**

nibus explorat, & quasi præmuniunt accedentes. Hæc ille.

Neque his contentus adiungit: Viuunt autem quā longissimè propter simplicitatem scilicet vietus, quod ei nimirum accedere puto propter institutionem bene in eis ordinatam. Quorum etiam in aduersis constantiam, supra communem cæterorum aleam, miris laudibus atollit idem Iosaphus: Prodidit (inquit) eorum in omnibus negotijs animos, bellum quod gestum est cum Romanis. Tunc siquidem per artuum confractiones, & ignes, ac per tormenta omnigena transeuntes, ut videlicet vel in legislatoris liquid loquerentur iniuriam, vel ciborum quippiam quod non solent ederent, ad neutrum horum potuerunt compelli: sed neque deprecari suos tortores, aut inter ipsa fletuæ plicia: in medijs quinimo cruciatibus subridentes, & qui tormenta admouerant, illudentes, constantes animo cum quadam hilaritate reddebant, scilicet quasi qui cœlent denuo recepturi. Hæc ille.

Hic mihi vide quis Apelles, aut si quis Apelle profecti potest artis pictoriæ obseruantior, veris ac viuis coloribus aptius conuenientiisue suam depingere queat imaginem, quām author iste Essænorum continentissimos mores, per singula pene lineamenta ad viuum depinxit. In his enim cernere est vniuersam Therapeuticæ panopliam suis absolutissimè coloribus ornatam. Et hinc quis nō in promptu colligat vitæ monasticæ formulatam abesse à nouitio iusto, ut Euâgelicæ etiâ legis tempora transcendat? Erubet igitur frons perficta Bucheri, quod futurum mihi facile persuaderem, nisi ad solam impudentiam nata videretur.

Atqui in Pharisæis aut Sadduceis non pauca circa communis dogmata se offerunt, quæ merito reprehendas, vt qui Christi Domini censurâ (& eam quidē acerrimâ) nō effugerint. Elæos autem male aliquando audisse, Christo quæ fuisset infelix, nusquam reperias. Vides igitur ut nec priscis àte Christi temporibus defuerint frequentissima hominum contumacia, quæ cœlibatum in concussa obseruatione coluerint.

#### Aliud pronunciatum.

Liberum fuerit selectæ alicui virorum communitati certas aliquas, à se, suisque posteris obseruandas, indicare leges. Cuius generis sunt innumera tota coru-

Christiano dispersa sodalitia . Visum itaque est , & id quidem iustissimè , priscis Ecclesiae Patribus , vnam aliquam statuere professionem hominum selectorum , qui quod reliquum esset vite , sacro Cœlibatui perpetuo deuouerent .

E thi sunt qui ad sacra tractāda proprius accedūt . Iam quid stupidius aut dici possit , aut cogitari , si quis oblata conditione neglecta , spredoque onere velit ambire honorem ? Quasi vero seruus legem imponat domino , non dominus seruo . Audiendus itaque est in ea re diuus Augustinus , qui vi Distinct. 4. recēsetur , cap. In istis , sic ait , In istis téporalibus legibus quanquā de his homines iudicent , cùm eas instituant , tamen cùm fuerint institutæ & firmatæ , non libebit iudici de ipsis iudicare , sed secundum ipsas . Hæc ille .

*Nouiſimum ex Hilarij ſententia p̄eloquium.*

Dictorum ratio ex causis est aſſumenda dicendi . Neq; enim sermoni res , ſed rei ſermo debet eſſe ſubiectus .

His , quæ p̄eloqui oportuit , p̄emissis , in rem p̄aſen-tem veniamus .

*Legem de perpetua caſtitate ſeruanda , ex ſacris ſcripturæ fontibus hauftam demonſtrare .*

**P**Erpetui Cœlibatus institutum non tam humanitus adiuuentum , q; ex diuinis fontibus haustum deriuatumq; vtriusq; organi pagina demōstrat , veteris ſci-licet ac recentioris : potiſſimumque euangelica & apostoli- ca doctrina tem ipsam , quod dicitur , acu demōstrat . Quid enim apertius perſuerantis ad mortem vſque virginitatis exemplum oſtendit , quam intemerata ſemper Virginis ma-nifesta professio , qua ſe perpetuo integritatem ſeruaturam ingenuē proſiteretur , dum ait , *Quomodo fiet iſtud , quoni-am virum non cognosco ?* Quibus verbis non in p̄aſens tantum , verum & in posterum viri copulam ſe negat habi-turam . Nam ſi diceret , *Virgo sum , & omnis copulae virilis expers* : illud non ſatis impleret literæ ſenſum . Nam audire potuifſet . Non eſt mirum , ſi nondum cognoueris mox viri copulam expertura , ac deinde ſuceptura prolem . Dicit ergo ſe ex professo in futurum carnalis copulae expertem . Id quod pulchrè tradit Gregorius Nifenus , hæc ſcilicet vir-

b iiiij